Quelle: http://manuscripta.at/?ID=944
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

regina siue minothea excitata suscipiende ab eo sobolis gratia cum .ccc.
mulieribus procax amazon inuenit. Post hec parthorum pugnam aggressus
est. post diu obsistentes deleuit. prope modum ante quam uicit. Inde drancas
euergitas. paramenos. adscopios. ceterosque populos qui in radice caucasi
morabantur subegit. urbem ibi alexandriam super amnem thanaim constituta.
Sed nec minor eius in suos crudelitas. quam in hostem rabies fuit. Docetur
hoc amintas consobrinus occisus. nouerca fratresque eius necati. parmeni
o et filotas trucidati. attalus eurilochus. pausanias. multique
macedonie principes extincti. clitus quoque annis grauis. ami
citia uetus. nefarie interfectus. Qui cum in conuiuio fiducia ami
citie regie aduersum regem sua opera patri philippo preponentem. me
moriam tueretur patris. ab offenso frustra rege: uenabulo transfossus com
mune conuiuium moriens cruentauit. Siquidem alexander humani sanguinis
insatiabilis. siue hostium siue et sociorum. recentem tamen semper sitiebat
cruorem. Itaque pertinaci impetu in bella procurrens. choroasmos et da
chinas. indomitam gentem: in deditionem accepit. Challistenen phy
losophum. sibique aput aristotilen condiscipulum. cum plurimis aliis principibus
cur eum deposito salutandi more. ut dominum non adoraret. occidit.
Post hec indiam petit. ut occeano ultimoque oriente finiret
imperium. nisam urbem adiit. dedalos montes. regnaque cleophilis
regine expugnauit. Que cum se dedisset concubitu. regnum rede
mit. Peragrata perdomitaque alexander india. cum ad saxum mire
asperitatis et altitudinis in quo multi populi confugerant peruenisset.
cognouissetque herculem ab expugnatione eiusdem saxi terre motu
prohibitum. emulatione permotus. ut herculis acta superaret. cum sum
mo labore ac periculo saxo potitus. omnes loci eius gentes in deditio
nem accepit. Cum poro fortissimo indorum rege. cruentissimum bel
lum gessit. in quo alexander cum ipso poro singulariter congressus
occisoque deiectus equo. concursu satellitum presentiam mortis eua
sit. Porus multis uulneribus confossus et captus est. Quo ob testimo
nium uirtutis in regnum constituto. duas ibi condidit ciuitates.
niceam. et bucefalen. quam de nomine equi sui ita uocari precepit.
Inde andrestas. cathenos. presidas. et gangaridas. cesis eorum exerci
tibus. macedones expugnauere. Cum ad cofides uentum esset. ibi
contra .cc. hostium pugnam conseruere. Et cum iam etate detriti.
animo egri. uiribus lassi. difficile ui uunt cissent. castra obme

Duellum inter porum et alexandrum.